Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



151
249
36

ueras: sede autem ad dexteram meam et ad sinistram
non est meum dare vobis sed quibus paratum est a patre
meo. Et audientes decem: indignati sunt de
duobus fratribus. Jhesus autem vocavit eos ad se et ait illis
Scitis quia principes gentium dominantur eorum: et qui
maiores sunt potestatem exercent in eos. Non ita
erit inter vos: sed quicumque voluerit inter vos ma
ior fieri sit vester minister. et qui voluerit inter vos pri
mus esse erit vester seruus. sicut filius hominis non
venit ministrari sed ministrare et dare animam su
am redemptionem pro multis. Fer v. Lec

Hec dicit dnus vos. Jeremie xpte.

Maledictus homo qui confidit in homine
et ponit carnem brachium suum et a domino
recedit cor eius. Erit enim sicut myrice in deser
to: et non videbit cum venerit bonum et habitabit
in siccitate in deserto in terra salsugines et inhabi
tabili. Benedictus vir qui confidit in domino et erit
dominus fiducia eius. Et erit sicut lignum quod
transplantatum super aquas: quod ad humorem mit
tit radices suas et non timebit cum venerit
estus. Et erit folium eius viride et in tempe
ratis siccitatis non erit sollicitum nec aliquid desinet
facere fructum. Pravum est cor hominis et